



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DE  
PHILOSOPHIA IVRIS  
CONSVLTORVM  
ROMANORVM STOICA  
IN DOCTRINA  
DE CORPORIBVS EORVMQVE  
PARTIBVS  
PRAEFATVR  
SIMVLQVE  
ORATIONEM SOLENNEM  
QVA  
MVNVS PROFESSORIS IVRIVM ORDINARI  
AVSPICABITVR  
INDICIT  
D. CHRIST. FRID. GEO. MEISTER  
PROFESS. IVR. ORD. ET FACVLT.  
IVRID. ASSESS.

GOTTINGAE,  
SYMTIBVS VICTORINI BOSSIGELII.

1756.





## §. I.

### INSTITVTI RATIO.

**S**unt qui materiam de partis evictione huiusque praestandae necessitate, in difficilioribus legitimae scientiae partibus habent. Cui sententiae quamvis, non temere, adsentiantur cordatores, illi tamen vehementer falli videntur, qui difficultatis causam in ipsis iuris civilis conditoribus quaerunt, a quibus totam rem involutam & absconditam esse, queruntur. Accidit enim, si quid video, pluribus, quae de partis evictione praestanda vel non praestanda agunt, legibus, quod multis aliis, ut nempe, licet clarae, modo easdem veterum prædictum disciplinae regulis metiamur, interpretum tamen commentationibus, variis ad rem nil pertinentibus repletis distinctiōnibus, corrumpantur atque non tam explicitur, quam im-

A

pli-



plicentur. Igitur a persona mea haut alienum fore l'arbitr<sup>r</sup>, si ea, quae de partis evictione huiusque praestatione supersunt, veterum prudentum placita, ex fundis suis declarero, atque sic ab obscuritatis nota vindicavero. Quo in arguimento ita versabor, ut primo notiones, quas *Corpori, Toti ac Partibus* subiecerunt veteres, assequar, deinde his ipsam evictionem, & actionem pro ea, seu auctoratem, uti eam VENVLEIVS (*a*) appellat, tam laxam & molleam istam ex emulo, quam strictiorem & duriorem ex stipulatu, seu simplae seu duplae, secundum veteris regulas iuris accommodem.

## §. II.

### OMNE QVOD EST, STOICIS IN SENSV LATO CORPVIS DICITVR.

Ut igitur constet, Ictis romanis quid fuerit corpus, philosophiae naturalis Stoicae principia de corporibus libanda sunt, quippe quae maximam partem & veterum iuris prudentum animis infixae haesisse, post probatum dabo. Scinditur autem naturalis Stoicorum philosophia in duo, ut ait SENECA (*b*), corporalia & incorporalia, atque corporum locus dividitur in hos primum gradus, in ea quae faciunt, & quae ex his gignuntur.

(*a*) in L. 76. D. *de Eviction.* & Operum eius Lutetiae Parisiorum dupl. stip. a. 1627, in f. editorum.

(*b*) Epist. LXXXIX, pag. 393.

nuntur. Stoici igitur omne, quidquid omnino est, corpus appellant; atque ita non in materia solum & genii, anima, sed deus & virtutes, vitia, affectus & vox (c) corpora sunt. (d) Quae cum ita sint, haut immerito quae siverit quispiam, quidnam illis fuerit incorporeum seu non corpus? SENECA instituit quidem hanc divisionem, sed unum saltem illud de corporibus caput exlequitur, alterum de non corporibus silentio praeterit. Quid ergo? Senecam ex suis ipsis operibus optimè explicari posse puto. Scribit namque in alio loco (e), summum esse genus *id quod est*, sed Stoicis placere aliud superius, seu primum, cum quidam in rerum natura esse dicant quaedam, quaedam non esse. Quibus addit Seneca: *& haec autem, quae non sunt, rerum natura complectitur, quae animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quidquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem coepit, quamvis non habeat substantiam.* Ex quibus, ni fallor, apparet, Stoicos corporibus vera entia, non corporibus ea

A 2

quae

(c) DIOG. LAERTIVS in Zenone L. VII. Segm. 55 & 56. pag. 398 sq. Edit. Amst. 1692. & Aegid. Menagii observat. ad hunc locum p. 287. Sane Gellius Noct. Att. L. V. C. XV. *vocem*, ait, *Stoici corpus esse contendunt.*

(d) Quae licet hodie rideantur, stoicis tamen hanc fuisse linguam ex Cicerone; Seneca, Plutarcho;

Laertio aliisque pluribus compreharunt IUSTVS LIPSIVS in Physiologia Stoicorum Antwerp. 1604. Lib. II. Dissert. IV. p. 75 sqq. & Thomas Stanleius in Hist. Philo. soph. P. VIII. Doctrin. Stoic. P. III. C. I & II. p. 622 sqq. edit. Lips. 1711.

(e) In Epist. LVIII. p. m. 282,



quae non esse credebant, subiecisse (*f*). Horum vero inter species numerata fuisse, *id quod dicitur, vacuum* (*g*), *locum, tempus*, docet **SEXTVS EMPIRICVS** (*b*). Capiunt inde lucem quae habet **SENECA** (*i*): *video Catonem ambularem: corpus est, quod video. Dico deinde, Cato ambulat, non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enunciatum de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.*

### §. III.

## STOICIS OMNIA QVAE SENSIBVS COMPREHEN- DVNTVR, IN SENSV STRICTO CORPO- RA SVNT.

Haec de Stoicorum corporibus in sensu latissimo suntis sufficient. Ab hoc distare puto alium, quem liceat medium appellare, quo Stoae addictorum pluriui, si non omnes, ipsa ea, quae sunt, adeoque ipsa corpora in sensu latiori accepta, in corpora & non corpora diviserunt. Nam *quod est*, ait **SENECA**, (*k*) *aut corporale est, aut incorporale;* & paucis inter-

(*f*) *IUST.* LIPSIUS ad locum Senecae citatum n. 9. p. 284.

(*g*) Vid. DIOG. LAERTIVS in Zenone L. VII. Segm. 140. p. m. 453.

(*b*) *Advers. Mathem.* L. I. C. IV. p. 220. Edit. Fabric. Lips. 1718.

(*i*) *Epist. CXVII.* p. m. 494. Consule *IUST* LIPSIUM *Physiol.* *Stoic.* L. II. *Diff.* V. p. 80. & STANLEIVM L. 6. cap. XX. *sqq.* p. 642.

(*k*) in *Epist. LVIII.* p. 282. Eundem in medium de Corporibus philosophatur **SEXTVS EMPIRICVS**

terieclis meminit entium quae nec visu, nec tactu, nec alio sensu comprehenduntur, quae ideo cogitabilia vocat. Et haec ipsa esse illa quae non corpora dicuntur, docet alio in loco (*l*), ubi id quo quid tangi potest, quin sit corpus, dubio carere inquit, ac Lucretii, Epicurei caeterum, verba: *tangere enim & tangi, nisi corpus nulla potest res*, sua facit. Solidum ergo & comprehensibile, LACTANTIVS (*m*) ait, corpus est, & oculis & manu videtur & tangitur; caetera quae sunt, sed non sensu comprehenduntur, incorporalia seu non corpora habentur. Quare nunc facillime intelligitur SEXTVS EMPIRICVS (\*), qui contendit, corporum in supremo genere duplēcēm esse differentiam, alia cum sint sensibilia, alia vero carent sub intelligentiam. Et de hac entium divisione, non de illa, quam paragrapho antecedenti exhibui, (*n*) intelligendum esse arbitror Ciceronem (*o*), quando contendit, definitionum duo esse genera prima, unum earum rerum, quae sunt, alterum eorum, quae intelliguntur, esse ea, quae cerni tangique possunt, ut fundum, aedes, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, suppellecilem, penus, non esse, quae tan-

A 3

gi

*Sext. l. c. p. m. 221 ubi es quae sunt, in corpora & incorporea dividit.*

(*l*) *Epist. CVI p. 463.*

(*m*) *Jnst. Divin. VII. XII. p. 917. ed. Bünnemanniae Lips.*

1739.

(\*) *I. c. p. 220.*

(*n*) *Aliter sensisse videntur NOODT Prob. iur. civ. I. II. C III. & HEINECC. syntagm. Ant. L. II. tit. II. §. 2.*

(*o*) *Top. V.*



gi demonstrative non possunt, qualia sunt usucatio, tutela, gens, agnatio; quarum rerum nullum subesse quasi corpus dicit. Neque de alia corporis notione puto valere quaestione: *vox num sit corpus?* veteres inter philosophos vehementer disputatam, quam GELLIVS (*p*) refert. Caeterum, habuisse hanc de corporibus doctrinam Stoicos cum pluribus aliis philosophorum sectis communem, non est, quod historiae philosophicae peritos moneant.

#### §. IV.

### STOICORVM CORPORA IN SENSV STRICTISSIMO SEV SOLIDA.

Veteres philosophos maxime Stoicos omnem absoluvi sensum externum tactu, tralatitium est. Hinc *corpora* in medio significatu, & *res quae tangi possunt*, ac *tangibilia*, eadem sunt. SEXTVS certe EMPIRICVS (*q*) omnem sensualem apprehensionem contactu fieri, extra dubii aleam positum esse opinatus est. Caveinus tamen, Stoicis unicum fuisse sensum putemus. Non enim solum quinque peculiares seu speciales enumerarunt sensus (\*), illumque qui potissimum sit manu, sensum, tactum κατ' εξεχην appellant, verum etiam ab eo peculia-

(*p*) N. A. L. V. C. XV. p. 332. sq. edit. Gronov. Lugd. Bat. 1706.

(*q*) I. c. p. 220.

(\*) PLUTARCHVS de Placitis philos. L. IV. C. X. p. 106. edit. quae ex recensione Celeb. EDWARDI CORSINI Florentiae 1750. prodid.

cularem corporum distinctionem petierunt. Rem ita esse, SENECAE locus, quem produxi supra, luculenter demonstrat, ubi visus atque tactus reliquis opponuntur sensibus. Quid? quod LACTANTIVS (r) visui oculos, tactui manus, instrumenta tribuit, dum ea quae *visibilia sunt oculis, & tangibilia manu*, aeterna esse negat. Corpus autem quod visui pariter & tactui subiacet, *κατ εξοχην* corpus, item *solidum & comprehensibile* vocarunt (s), quod Apollodorus apud LAERTIVM (t) in tria secari ait, in longitudinem, latitudinem & altitudinem (u). Huius corporis extremum, seu longitudinem habens ac latitudinem, *superficiem*, superficie extremum, sive longitudinem absque latitudine, *lineam*, lineae denique extremum, notainque minimum, *punctum*, eosdem appellasse idem LAERTIVS (x) docet. Tenes nimirum triplicem quae Stoicis fuit, corporum significationem, *generalem*, qua sunt ea  
quae

(r) Institut. Divin. L. VII. C. XI.  
n. 9. p. 917.

(s) LACTANTIVS l. c. c. XII. n.  
2 & 3. p. 917 sq.

(t) in Zenone L. VII. Segm.  
135. p. m. 450.

(u) Evolvi meretur PLUTARCHVS  
de Placitis Philosophorum L. I.  
cap. XII. pag. m 30. Ibi enim  
definit corpus id, quod triplici  
extensione praeditum est, latitu-  
dine nimirum, altitudine, longi-  
tudine, seu extensionem aut mo-  
lem tactui vel corporibus aliis re-

sistentem, sive molem locum oc-  
cupantem. Quilibet facile anim-  
adverteret, tradit hic a Plutarcho du-  
plicem corporis solidi definitio-  
nem, alteram mathematicorum,  
physicorum alteram. Mathema-  
tici sane apud SEXT. EMPIRICVM  
l. c. p. m. 219. corpus definitiunt  
*trifariam extensum*, physici vero  
*molem resistentem*. Lectione caeterum  
digna sunt, quae ad PLUTARCHI  
locum notavit CORSINVS not. 4.  
p. 30.

(x) L. c.



quae existunt, *specialem*, cui subiiciuntur ea quae in sensu cadunt, *specialissimam*, cui subiacent corpora solida, seu quae materiam habent, tactuque & visu percipiuntur.

### §. V.

#### CORPORVM SOLIDORVM DIVISIO.

Extat corporum solidorum divisio apud SENECAM (z) stoica, nec tamen aliis philosophorum sectis incognita & inusitata, trimembri, qua corpora esse dicuntur quaedam *continua*, ut homo, quaedam *composita*, ut navis, domus, ac omnia, quorum diversae partes iunctura in unum sunt coactae; quaedam *ex distantibus*, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos haec efficiuntur corpora, *iure* tantum & *officio* cohaerent, natura vero diducti & singuli sunt. Eandem corporum divisionem idein SENECA in *naturalibus questionibus* (a), sed duo per membra tractat, cum aliquid *continuum*, aliquid *coniugissimum* esse ait. Quae divisio ut fieret clarior, definit SENECA continuationem, *partium inter se non intermissam coniunctionem*, unitatem vero, *sive commissura continuationem*, & *duorum inter se coniunctorum corporum tactum*. (b)

Ex quibus

con-

(z) Epist. CII, opp. p. m. 450. interpres transponenda esse putat

(a) L. II. C. II. opp. p. 848. hunc in undum: *continuatio est*

(b) Haec verba FERDINANDVS partium inter se non intermissa con-  
FINCIANVS haud infelix Senecae iunctis, & unorum inter se coniun-  
ctorum

conficit, ex corporibus, quae videimus tractamusque, quae aut sentiuntur aut sentiunt, quaedam *composita* esse, quaedam *non composita*. Illa constare aut nexu, aut acervatione, velut funem, frumentum, navem, *borum* species arborem & lapidem contendit. Non eadē de mente Senecae est interpretatio sententia, aliis nimirum tertium corporum genus, quod ex distantibus oritur partibus, omissum hic esse creditibus, aliis contradicentibus; inter quos GERARDVS NOODTIVS c) & qui eum secutus est, IOANNES GOTTFRIDVS SCHAVMBVRGIVS d) commēmorandi sunt. Illi namque duplicem instituisse corporum divisionem SENECA videtur; non quasi tertium eorum genus non existat, sed quod tertium illud genus, quodammodo mixtam ex unito & connexo habeat naturam. Quam coniaturam ex ipso, quem primum adduxi Senecae loco capit. Verum enim vero, quod pace tantorum manū dixerim, ex primo isto Epist. CII. loco tantum constat, Senecam tria numerasse corporum genera, neutiquam vero, esse tertio corporum generi mixtam ex unito & connexo naturam, opinatum fuisse. Ego vero, ut, quod sentio, dicam, nullus dubito,

quin

*Borum corporum tactus; unitas est sine commissura continuatio; quod, si haec lectio non admittatur, necesse sit, ut continuatio & unitas sint idem, inter quas tamen Seneca discrimen assignet. Equidem, crediderim, nil opus esse inversione, modo verba: sine commissura ad corporum tactum*

etiam trahantur.

c) Probabil. Jur. Civ. L. I. c. XII.

d) In Spec. philos. Jētor. stoic. ex L 76. D. de Judic. quod adiecitum est eiusdem tractationi de jurispr. vett. Jētor. Rom. stoic. Jen. 1745. pag. 249. sqq.



quin Seneca generis alicuius corporum inferioris, omisso supremo, adeoque partis tantum cuiusdam corporum divisionis in questionibus suis naturalibus mentionem fecerit. Qui enim verba eius cum cura paulo acriter diligentiaque meditatur, ex continuationis ac unitatis definitionibus haud difficulter animadvertiset, hanc illi ut generi subesse, continuorumque corporum unita species esse. Pancis igitur ut me expediam, corpora in summo genere aut sunt *continua*, ηνωμένα, quorum partium inter se non est intermissa coniunctio, aut διεσῶται, non continua, sed ex distantibus *composita*, soluta, disiuncta. Horum olim rursus duo fecerunt genera, quae nimirum certis distinctisque constent capitibus, ut chorum, legionem, gregem, & quae indistinctis infinitisque, ut populum. Illa vero, continua nempe corpora, aut sunt in specie talia, quorum partes uno continentur spiritu, natura cohaerent, vel, ut Seneca dicit, quorum est sine commissura continuatio, verbo, *unita*, vel secundum Senecam, *non composita*, ut homo, lapis, arbor, aut συνημμένα, ex partibus contingentibus, id est, pluribus inter se sine naturae beneficio cohaerentibus, seu quorum partes iunctura in unum sunt coactae, paucis, *commissa*, *composita*, *connexa*, ut aedificium, navis, funis, &c. Ita Senecae verba in luce ponenda esse, ea docent ipsius verba, quae magnam partem ex epistola CII. primo statim loco produxi, docet quoque insignis apud PLUTARCHVM e) locus, ubi comparatio inter

e) In *Praeceptis Connubialibus*. prodierunt p. 104.  
pp. moral. quae Basileae 1542

ge-

genera corporum & connubium instituta habetur. Narrat scilicet Plutarchus, corpora dici a philosophis alia ex discretis constare, ut classem, ut exercitum, alia ex coniunctis, ut dominum ac navem, quaedam unita esse atque congenita, Iut singula animalia. Deinde iudicat, fere connubium, quod ex animalibus constat, unitum congenitumque esse, quod vero dotis liberorumque procreandorum gratia est, ex coniunctis, concubandi causa connubium ex discretis, quos simul habitare, non simul vivere arbitrari quispiam possit. Ex quibus patere puto, cum alterum supremum corporum genus sit corpus, cuius partes discretae manent, alterius generis oportere partes esse non discretas seu coniunctas, sive coniunctio haec natura fiat, ut in unitis, sive ope externa, quod in compositis accidere videmus. Nec minus, hanc divisionem corporum ad non corpora & entia moralia a veteribus fuisse accommodatam, inde perspicere licet. Quandoquidem autem haec binenbris corporum solidorum partitio, eo, quo diximus, modo, uti Vir sunimus, IACOBVS CVIACIVS f) ex CONONE mathematico evicit, veteribus philosophis mathematicisque familiaris fuit, non est, quod ad NOOTII opinionem, tamque, si quid video, erroneam adeo confugiamus. Quamvis etenim corporum ex distantibus coalitorum partes ipsa corpora vel unita vel connecta sint, quae ratione morali seu officio cohaerent, nulla tamen adest ratio, cur eorum genus mixtum flatuainus, siqui-



dem idem de corporibus connexis valet, quippe quorum partes itidem sunt corpora vel unita vel connexa, & tota haec corporum divisio stoica, non a partium qualitate, vel ipsa cohaesione, sed a modo coniunctionis, cuilibet corporum generi proprio, desumpta est.

### §. VI.

#### DE PERPETVO CORPORVM SOLIDORVM FLVXV

Venit mihi in mentem subvereri interdum, ne quis prolixam hanc Stoicorum de corporibus sententiae ut nugarum steriliū tractationem, in vitio habeat, atque Gellii g) varias, corpusne sit vox? philosophorum sententias referentis, verba obiciat, hos aliosque tales argutae delectabilisque desidiae aculeos, cum audiremus, vel lectitaremus; neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitae pertinens, aut finem illum quaerendi videremus: Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandum est paucis, nam omnino haud placet. Verum supprimunt hunc metum, nec patiuntur manare longius & ipsa Gellii verba, quae sunt iis dicta solis, qui quaestione, corpusne sit vox? oblectantur, & per veteres prudentes, in multas iuris civilis portiones diffusus doctrinae stoicorum de corpore solido, eiusque divisione usus. Quamobrem pandenda potius quam contrahenda orationis vela esse videntur, atque de corporum fluxu perpetuo ex mente Stoicorum, adeoque Ictorum, adhuc quaedam

g) Noct. Att. L. V. c. XV.

quaedam dicenda. Nimirum iam THALES MILESIUS<sup>1</sup>, atque PYTHAGORAS materiam esse primum generationis, & corruptionis, aliarumque mutationum subiectum, illamque versatillem, mutabilem & fluxam omnino omninem, b) igitur corpora solida in perpetua mutatione ac fluxu versari crediderunt. Quae principia ad alias philosophorum sectas propagata, praecipue ab HERACLITO adoptata perpolitaque i) Stoici quoque fecuti sunt; prout praeter PLUTARCHVM k) & DIOG. LAERTIVM l) MARCVS ANTONINVS m) & multa de praecipi tanta mundus habitur velocitate, terrae mutabilitate, hominisque fluida materia atque caduca &c. apud Senecam loca, a 10. GOTTFRR. SCHAVMBVRGIO n) collecta comprobant. Quae res quo fiat clarior, tendendum est probe, Stoicos Deum pronunciasse ignem esse artificem, ordine & via ingredientem ad mundi procreationem, qui mundus in se contineat omnes semifinales formas, ex quibus singula fato nascantur; & spiritum per totum penetrare mundum, nominata autem a materiae, quam inva-

h) PLUTARCHVS de Placit. Pbi. los. L. I. c. IX. & XXIII pag. edit. Corsini 27 & 37.

i) DIOGENES LAERTIVS in Heraclito L. IX. Segm. 8. p. m. 552. sq. SEXTVS EMPIRICVS Hypotypos. L. III. c. 15. in Opp. a Fabricio editis p. 156 sq. Conculc quoque ARCID. MENAGIVM ad Laert. l. c. pag. 397. edit. Amst. 1692.

k) PLUTARCHVS l. c. L. I. c. IX.

p. 27. Adi Jctum consummatissimum JAC. CVIACIVM Observ. L. XXVI. c. XL. opp. Tom. IV. col. 632 lqq.

l) Lib. VII. in Zenone Segm. 150. p. m. 460. sq.

m) τῶν εἰς ἔαυτέλη Lib. V. n. 23 pag. 96. Edit. CHRISTOPH. WOLLE. Lips. 1729.

n) L. c. p. 260.



invadat, sumere mutationibus, o) statuisse. Hic spiritus ex principiis Stoicis, ut res, maxime inobligis, cuncta inplet ac pervadit, cui naturam suam sine intermissione exercenti subiecta corpora & ipsa, in perpetuo motu & mutatione sunt. Corpora inquam; eaque omnis generis solida, i.e. materiam habentia, seu unita, seu connexa, seu ex distantibus comparsita, quod haud obscure prodit Seneca, p) qui non esse, ait, terram sine spiritu palam est. Non tantum illo dico, quo se tenet, ac partes sui iungit, qui inest etiam saxis mortuisque corporibus, sed illo dico vitali, vegeto, & alente omnia, &c. Ab hoc spiritus per omnia transitu perpetuo Stoici continuum corporum motum, fluxum ac mutationem derivarunt: Ita, quaecunque videmus & tangimus (ut cum SENECA q) loquar) fluunt & assidua diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuvenis, nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more; quicquid vides, currit cum tempore; nihil ex his quae videmus manet. Imo ipse Seneca, dum locutus est mutari ista, mutatum se esse, sibi persuasit. Hoc est, quod ait Heraclitus: in idem flumen bis non descendimus r). Manet idem

o) PLUTARCHVS de Placit. Phil. L. I cap. VII. p. m. 26.

p) Natur. Quæst. Lib. VI. c. XVI. in Opp. p. m. 909. Nec poenitebit perlegisse duo sequentia capita, in quibus de potentia

huius spiritus cuncta permeantia, plura non iniucunde disputantur.

q) Epist. LVII. Opp. p. m. 282 sq.

r) Platonis & Heracliti de fluida corporum substantia philosophiam

idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine, sed nos quoque non minus velox cursus praetervehit. Et ideo miratur Seneca dementiam hominum, quod tantopere ament rem fugacissimam, corpus, timeantque, ne quando moriantur, cum omne momentum mors prioris habitus sit. Pergit Seneca: *vis tu timere, ne scemel fiat, quod quotidie fit?* de homine dixi, fluida materia & caduca, & omnibus obnoxia casibus, mundus quoque, aeterna res & invicta, mutatur, nec idem manet. *Quamvis enim omnia in se habeat, quae habuit, aliter habet, quam habuit, ordinem mutat.* Haec de perpetuo corporum fluxu atque mutatione praesenti scopo suffectura esse reor: uberiora de transitorio motu, augmento & imminutione, ablatione & additione, naturali mutatione, generatione & corruptione, mansione & quiete corporum, nosse cupientes veterum philosophorum, maxime Stoicorum principia, in Diogene Laertio <sup>1)</sup> & Sexto Empirico <sup>2)</sup> habent campum, in quo eorum curiosa excurrat diligentia.

### §. VII.

## STOICA DE CORPORIS SIGNIFICATV LATISSIMO IV- RISPRVDENTIA NVLLA.

Cum explicatis de corpore Stoicorum principiis, ad eorum habitum ad iurisprudentiam nunc veniendum sit; ea, quibus

phism prolixo declarat sextus passion.

EMPIRICVS Hyp. Hyp. L. III. c. 15. In Hypotypos. L. III. c. VIII:  
opp. p. m 156, sq. IX. X. XI. usque ad XVI.

<sup>1)</sup> In ZENONE & HERACLITO,



bus probatur, plerosque Jctorum romanorum philosophiae Stoicae tanquam glebae adscriptos, huius magnam in iurisprudentiam invexisse partem, argumenta, sicco pede practereo, iam ante a IAC. CVIACIO<sup>u)</sup> EM. MERILLIO <sup>x)</sup> AEG. MENAGIO <sup>y)</sup> IVST. HENN. BOEHMERO <sup>z)</sup> EV. OTTONE <sup>a)</sup> IO SAM. HERINGIO <sup>b)</sup> IO. GOTTFR. SCHAVMBVRGIO <sup>c)</sup> CHRIST-HENR. ECKHARDO <sup>d)</sup> studio tam praeclaro occupata, ut si quisquam etiam nunc dubitet, eum necesse sit, in maximarum, earumque toti Jurisconsultorum reipublicae notissimarum rerum ignorantia versari. Explorandum igitur potius, doctrina de corporibus stoica, ad iurisprudentiam quatenus traslata fit. Equidein corporis in sensu lato sumti, seu, cui omnia, quae existunt, respondent, adapplicationem aliquam in veterum Jctorum fragmentis invenire nondum licuit. Nec eiusdem ullam utilitatem in iurisprudentia cogitari facile posse reor, quod in summa hac divisione, incorporea, seu non corpora, sint nihil, quorum adeoque nulla dantur praedicata, iura nulla mente concipi queunt. Obstare forsitan quibusdam videri possit locus iste Ciceronis, <sup>e)</sup> cuius ante <sup>f)</sup> mentionem inieci, ubi Tullius res dividit in eas quae sunt,

et

- <sup>u)</sup> in observationum libris, paf.  
fim.
- <sup>x)</sup> Observatt. libro I.
- <sup>y)</sup> In amoen. Jur. Civ. sparsim.
- <sup>z)</sup> in Progr. de Phil. Jctorum  
Stoica. Hal. 1701.
- <sup>a)</sup> in Oratione de Stoica vett.  
Jct. philosophia Daisburgia. 1714  
habita.

- <sup>b)</sup> Diff. de Stoica vett. rom.  
iurisprudentia. Sedin. 1719.
- <sup>c)</sup> de Jurisprudentia vett. Jctor.  
rom. stoica Jen. 1745.
- <sup>d)</sup> in Hermeneutica iuris. Jen.  
1750. Lib. I. c. IV.
- <sup>e)</sup> Topic. n. V.
- <sup>f)</sup> §. III. p. 5 sq.

& eas quae intelliguntur; quas ideo esse negat, quod earum nullum quasi corpus subesse credit, sed conformatioinem quendam insignitam, & impressam intelligentiam. Verum, hanc oratoris philosophiam nulli praesidio esse puto eis, qui sententiam Stoicorum, esse nimirum corpora res, quae sunt, nec corpora, quae non existunt, ia iurisprudentiam migrasse volunt; cum Ciceronis divisio rerum, a stoica ista longe abeat, ac etiam si tota Stoam saperet, ad Iectorum tamen fundum nulla trahi ratione possit. Quodsi enim perpendas exempla quae Cicero nominat rerum quae sunt, dubitare non poteris, quin in sensu valde limitato esse ea dixerit, quae cerni oculis, & manu tangi possunt, non esse contra, quae magis intelliguntur, quod eorum nullum quasi subsit corpus, hoc est, tale quod Stoicis solidum dicitur. Cicero igitur vocat corpora res, quae tangi possunt, eaque rebus, quae magis intelliguntur, ceu non corporibus opponit. Quis vero est in physiologia Stoicorum mediocriter versatus, qui nesciat, ex horum sententia ea non esse, quae falsa cogitatione formantur, esse contra reliqua, quae his opponi possunt, sive in sensu incurvant, sive animo tantum cernantur intelligenturque.

## §. VIII.

3) CICERONEM magis hic ad hominem opinionem, quam ad veritatem locutum esse, verius est. Quoniam enim ea, quae esse negat, substantiae non sunt, facultates tamen & qualitates sunt ve-

C

re existentes, plurimosque habentes effectus. VINNIUS ad Tit. Inst. de reb. corp. & incorp. & SCHVLTING. ad CAII Inst. L. II. 6. 1. §. 2. n. 6.



## §. VIII.

LICET JCTI VETERES DIVISERVNT, RES IN EAS  
QVAE SVNT ET QVAE NON SVNT.

Quamvis itaque probatum non sit, Jctos romanos divisionem Stoicorum summam rerum, in corpora & non corpora, in iurisprudentiae intulisse fundum, alia tamen ratione res in eas quae sunt, & quae quidem non sunt, esse tamen possunt, vel fuerunt, distinxisse, tam certum est, quam quod certissimum, Quia in re in primis formula, *in rerum natura*, personis quoque applicata b), solemnis fuit. Et tantum abest, ut haec distinctio sit inanis, ut potius eam in re testamentaria, & successionum, in contractibus, coniunctione legatariorum, cessione & adventu diei, falsa demonstratione, postumo, partu in utero, dotis repetitione, aliisque pluribus iuris nostri capitibus, insignem usum praestare, neverint omnes, qui vel prima iurisprudentiae limina salutarunt. Quis vero es, quae actu existunt, cum Stoicorum corporibus istis in sensu latissimo sumis, & ea, quae saltem nunc in rerum natura non sunt, cum Stoicorum non corporibus, quae scilicet *falsa cogitatione* nuntiuntur, facile comparaverit?

## §. IX.

b) *Loca magna collectanea de Verb. Signif. voce: nassus.*  
so exhibet BARNAB: BRISONIVS

## §. IX.

PHILOSOPHIAE STOICAE DE CORPORE IN MEDIO  
SENSV LARGA SEGES.

Accedo nunc ad significatum corporis, secundum Stoicorum philosophiam medium, cuius in iurisprudentia romana segetem deprehendere licet largissimam. Hic namque, non ipsa quidem rerum divisio in res corporales & incorporales, ut quorundam est opinio, cum ea ex ipsa rerum natura sponte sua fluit, sed termini & definitiones huius divisionis originem suam debent. Ita enim, nisi Aniani manus immisit falcem, verba Caii <sup>i)</sup> habentur: *praeterea quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales.* *Corporales sunt, quae manu tangi possunt* . . . *Incorporales sunt, quae tangi non possunt:* *qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt, &c.* Quae sane cum iis, quae in antecedentibus <sup>k)</sup> de corporibus Stoicorum in medio sensu relata sunt, exacte convenient. Constat nimis inde, *res corporales* Iectorum veterum, *ipsa Stoicorum corpora* fuisse, cum non solum iis horum definitio- nem adplicuerunt, sed ipse Caius etiam incorporales *res in corpore consistere* negat, per consequentiam corporales in corpore consistere, seu potius ipsa corpora esse, affirmat. Quid! quod & iplos prudentes rerum corporalium & corporis vocibus promiscue usos fuisse, multis locis demonstrari potest. Certe VLPIANVS <sup>l)</sup> quantitateam & iura corpori opponit: *res quae*

C 2

<sup>i) Infris. L. 2. s. 1. §. 2. Caius</sup>      <sup>ii) III. p. 4. sqq.</sup>  
<sup>quibus compara L. 1. §. 1. D. de</sup>      <sup>l) in L. 7. pr. D. De Except.</sup>  
<sup>Divis. Rer. & pr. Infris. de Reb. Rei Ind.</sup>  
<sup>corp. & incorp.</sup>



sunt in hereditate aut peculio, corpora appellat, *m)* IULIANO res quae in eadem specie inanent, *n)* & ROMPONIO *o)* arbores corpora sunt. Res corporales seu corpora rursus sunt vel corpora vel quantitates. Illa sunt quae in commercio aestimari solent sua specie, vel, ut NOODTIVS ait *p)*, suo corpore, eoque deinceps suam functionem recipiunt, qualia sunt Stoicorum corpora unita & connexa. Hinc alterum pro altero invito creditor i solvi nequit. Quantitates contra, quatenus rebus accensentur corporalibus, intelliguntur a veteribus talia corpora, qualia multa Stoicorum lingua, ex distantibus composita vel disiuncta non in epte dixeris; scilicet quae pondere, numero, aut mensura continentur *q)*. Consistunt enim hae res e corporibus, & ipsae sunt corpus: quia tamen in commercio non tam *o*, quam quantitate, numero scilicet, aut mensura, aut pondere aestimantur, quantitates appellantur. Inde etiam est, quod non habentes usum, nisi consumtione, functionem suam potius in genere, quam in specie per solutionem accipiunt *r)*. Num vero quantitates in hoc sensu sumferit VLPIANVS a me supra nescinatus? in quaestione est, cuius quidem affirmatio placet NOODTIO, negatio tamen ab Vlpiani mente proprius abesse videtur. Nam cum Jctus manifeste dicat,

*m)* L. 33. pr. D. de Aedil. *p)* In Comment. ad ff. L. I. T. Ediſto.

*n)* L. 18. D. Quod metus causa *q)* L. 30. pr. D. de Legat. I. gestum erit. *r)* PAVLVS in L. 2. §. I. D. de

*o)* L. 40. D. De AG. Em. & Reb. Cred. Adi NOODTIUM l. c. Vend.

dicat, res aut corpora aut quantitates aut iura esse, adeo que quantitates corporibus in genere opponat, accidisse videatur Vlpiano, quod veterum prudentum plurimis, ut plurimum loco divisionis bimembri rerum in corporales & incorporales, harunque in quantitates & iura, brevitatis causa, omisso altero genere superiori, trimembri substituerit, rebusque corporalibus quantitates & iura, ut res incorporales opposuerit. Haec de rebus corporalibus, quas notaini & notioni corporum stoicis subiecisse Ictos romanos, patet. Quibus iam de rebus incorporalibus nonnulla adnectere abs re non erit. Sunt haec, quae tangi non possunt, ergo Stoicorum non corpora. Addit CAAVS 1) qualia sunt ea, quae non in corpore sed in iure consistunt, sicut est hereditas, & obligationes diversis contractibus scriptae, & licet hereditas vel emtio, aut diversi contractus res corporales in se habeant; ius tamen ipsius hereditatis, vel emtions aliorumque contractuum incorporale est. Iura esse incorporalia, in ille quidem veterum loca quorum insignia maxime colligit BARN. BRISONIUS 2) probant; nec res dubii habere quid potest, cum iura tangi nequeant. Attamen sic rernan incorporalium fines iam rectos & expeditos satis esse, quae est HEINECCI 3) aliorumque sentententia, ut credam, a me impetrare non possum. Primo etenim neutrliquam

1) Inst. L. II. t. I §. 2. 2) Syntagma. antiqu. rom. L. II.

3) De Verb. Signif. verb.: in. sit. II. §. III.  
corporalis et: ius.



tiquam hic negligi oportet, romanis iura quaedam fuisse *mora*, quae-dam non *mora* seu *mixta*: illa sine corpore cogitantur, haec non nisi cum corpore; illa non corpora, haec tanquam accessoria rerum corporalium ad corpora relata sunt. Hinc nemo miretur formulam veteribus solemnem, qua quaedam iūra corporalia, quaedam incorporalia dicuntur. Elegans est locus apud PAVLVM x): *si viam habeam per eum fundum, & tu me ab ea usi expuleris: per longum tempus non utendo amittam viam, quia nec possidere intelligitur IUS INCORPORALE, nec de via quis, id est MERO IURE, detruditur.* Explicui nimirum CELSVUM y) sine dubio de iuribus non meritis intelligendum, qui sit: *quid aliud sunt iura praediorum, quam prædia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo?* Quae dixi, magni quoque robur accipiunt ab VLPIANO z) qui nullus dubitavit, quin circa stipulationem & ex testamento actionem, licet res, quae debebatur tradita iam fuerit, *ad huc tamen res petenda sit quam diu aliquid iuri rei deest.* Quae verba hoc illustrat exemplo: *nonputa possum fundum petere licet mihi traditus sit, si ius quoddam cautionis supererit.* Secundum, quod moneam, hoc est. Quantitates, quando dicuntur res, quae tangi quidem possunt, sed per quantitatem valorem recipiunt, corpora, ut relatum est, omnino sunt. Plerumque tamen quantitas ipsum pondaris

x) in L. 4. §. 37. D. de  
usurp. & usur.

z) in L. 27. D. de solus. &  
Liberat.

y) in L. 86. D. de Verb. Signif.

deris, numeri, mensurae modum notat, atque tunc, quia tangi nequit, sine dubio rebus incorporalibus accensenda est a). Hinc rectissime res incorporales in quantitates & qualitates a quibusdam dividuntur. Quam divisionem ab HERMANNO VULTEO b) traditam, cum HEINECCIVS in *Elementis iur. civ. sec. ord. Inst.* veram agnoscit, nescio quo pacto in *Syntagma antiqu. rem. c)* rerum corporalium unicum oppositum iura esse contendere potuerit. Evidenter non ignorō, CAIVM res, quae in corpore, iis, quae in iure consistunt opposuisse; sed salva res est, siquidem ex mente CAVI ea<sup>1</sup> quae in iure consistunt, corpora esse ideo negantur, quod tangi non possint. Quo igitur ipso dari praeter iura nullas alias res incorporales, haud innuit. Non ergo incorporalia & iura eadem esse statuit, sed ex incorporeis saltem iura, tanquam exempla persequitur ea, quae institutionum suarum ordo exigere videbatur, id quod verba *qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt,* luculenter commoustrant. Neque etiam, reor, ex loco QVINCILIANI a) sententiae Heineccianaee ullum peti praesidium potest. Ait enim ibi Rhetor, in eo, quod in iudicium deduci potest, nihil valere fūs belli, nec armis erecta nisi armis posse retineri. Porro, non posse donari a victore iur., quia

id

a) Evolve L. 94. §. 1. D. de 5) in *Iurispr. Rom. L. I. c. 62.*  
*Solns. & Liberis L. 34. §. 3. & 4. pag. 345. sq. edit. Marp. 1618.*  
*D. de Leges. & L. 46. D. de Cond. c) L. II. t. II. §. III.*  
*Indet. L. 32. D. de adim vol. d) Instit. orat. L. V. p. 286.*  
*transfer. Leg. Z. 5. pr. D. de in. Edit. Basil. 1581.*  
*ponf. in res. des. fact.*

+ + + + +

id demum fiat eius, quod teneat, *turque sit incorporale, apprehendi manu non possit.* Addit deinde, aliam esse conditionem heredis, aliam victoris, *qua ad illum ius, ad hunc res transfat.* Quis vero non videt, a Quintiliano ius rei non in genere, sed in specie ibi tractata oppositum esse? Sed fac, oratoris ex sententia sola iura res esse incorporeas, anne, quaeso, idem etiam credidisse veteres Ictos, exinde constabit? Caeteros auctores veteres, quos elegantius loquentes res corporales, res, incorporeas *iura* appellasse dicit quidem, sed haud nominat HEINECCIVS, invenire mihi nondum licuit. Quod putat idem vir magnus, quantitatem ipsam seu valorem in iure consistere, leve est; cum sic etiam quaevis corpora a iuribus adnumerari oporteret, quod sane ferendum non est. Etiam illicitam quantitatem in iuris nostri libris quantitatem esse, exploratum est.  
*L. 1. §. 12. D. de Extraord. Cognit.*

#### §. X.

**RES INCORPORALES IN MEDIO SENSU VERE EXISTERE NEQUE STOICI NEQUE ICTI ROMANI NEGANT.**

Interpretum maxime insignium plurimi, c) novi arguunt stoicismi veteres Ictos, quos res incorporeas vere existere, negasse

c) Evolve GERARD, NGODT, PROBABIL, L. C. & HEINECCIVM L. C. §. IV.

gisse aiunt, huiusque sententiae probationem latere putant in  
 fragmento PAVLI ex libro tertio ad Sabinum f) quem servitu-  
 tem neque ex bonis, neque extra bona esse, dixisse ferunt.  
 Mihi prorsas aliud videtur. Stoicis enim de rerum, quas Iesu  
 incorporales vocant, existentia dubitare, nunquam in mentem  
 venisse, per Senecam aliorumque huic sectae adscriptorum  
 loca in superioribus g), relata, evincitur; locu vero ille  
 Ciceronis h), quem plus simplici vice laudavi, hic vel  
 ideo nihil probat, quod Tullius sub Stoicorum signis non  
 militavit, & quem rerum incorporalium existentiam, non  
 tam ex rei veritate, animique sententia, quam opinione homi-  
 nium negasse, alii non sine magna veritatis specie suspican-  
 tur i). Nec in contraria sententiam allegari potest TERTVL-  
 LIANVS qui in libro de carne Christi k): omnes, ait, quod est,  
 corpus est sui generis, nihil est incorpore, nisi quod non est.  
 Quamvis enim huc Tertulliani philosophia porticum omnino  
 sappiat, facile tamen perspicitur, auctorem de corporibus in  
 ipso sensu, quia secundum Stoicorum doctrinam omnia ea sunt,  
 quae existunt, seu tangi possint, seu non possint, docutum  
 fuisse. Quandoquidem ergo ex ipsius philosophias Stoicas  
 esse, utrumque in corpore, in incorpore, in loco, in non prin-  
 cipiis, in loco, D. de Utra & Utro, vid. supra §. VII. p. 17.  
 fructu leg. b) Cap. XI. Operum quae Frane-  
 g) §. II. p. 3. & §. III. p. 4. sqq. terae 1697 in fol. prodierunt p.  
 b) Topic. V 304.



principiis res incorporales, licet substantiam non habeant, vere existunt; etiamsi veteres Jcti eas esse negassent, qua queso ratione Stoicismi rei poterunt haberi? Sed vero, ut argumento probari possit idoneo, veteres prudentes retaliisse rei, quae tangi non possunt, inter ea, quae non sunt. Saltem ex PAVLI fragmento,<sup>1)</sup> quo vir magnus GERARDVS NOODTIVS, aliquie Jcti nituntur, de veritate huius rei mihi persuasum neutquam est. Negat nimis PAVLVS, duce, ut videtur Sabino, itineris, aetus, viae, aqueductus, usum, vel usumfructum legari posse, addita ratione: *quia servitus servitutis esse non potest.* Obiectionem deinde quidem proponit, Senatum scilicet decrevisse, *ut omnium quae in bonis sint, ususfructus legari possit;* quam tamen statim solvit verbis: *quia id neque ex bonis, neque extra bona sit.* Ex quibus verbis NOODTIVS per vincere magis atque cogere, quam elicere enititur conclusionem istam, ex Jctorum romanorum sententia res quae tangi non possunt, vere non esse. Mens illius eo reddit: PAVLVS servitutem neque ex bonis neque extra bona esse ait, ergo servitutem nusquam esse, vel plane non esse contendit; quoniam vero ratio huius effati est, quod servitus tangi nequeat, consequitur, ut secundum veterum Jctorum principia res incorporales iis annumerentur, quae non sunt. Haec

NOOD-

<sup>1)</sup> in L. I. D. de Uſ. & Uſſr. &c

NOOPTII interpretatio acumen quidem habet, sed veritatis nihil, quia veteres iuris prudentes, ipseque PAVLVS, m) nulli dubitabant, quin iura in bonis habeantur. In bonis namque esse dicuntur, quaecunque dominii nostri, vel quasi dominii, in que patrimonio nostro aliqua saltem ratione sunt. Scrupulum eximit omnem VLPIANVS, n) qui ait: *bonorum appellatio aut naturalis aut civilis est: naturaliter o) bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est, beatos faciunt: beare est prodeesse.* In bonis autem nostris computari sciendum est; non solum quae dominii nostri sunt, sed & si bona fide a nobis possideantur, vel superficiaria sint. Acque bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionsibus: Nam haec omnia in bonis esse videntur. Jam si consideres, servitutes omnino iusta esse, nos beatos facere, constitui, adquiri, peti; easdem non extra bona esse, largiri te oportet. Ipse NOOPTIVS suac interpretationis fragilitatem sentiens, eam deterit, atque servitutem saltem ambiguæ qualitatis esse prouociat. Quo ipso tamen, quod merito mireris, lui ipsius oblitus est NOOPTIVS, qui paulo ante se demonstraturum promiserat, apud veteres incorporales res magis iis, quae non sunt, quam quae sunt,

D 2

ad-

m) in L. 21. D. de Verb. Sig.

n) in L. 49. D. eod.

o) Civiliter enī bona universitatem successionis significant, L. 3. D. de Bon. Possess. L. 14. §.

8. D. ad Sēnum Trybell. BARN. BRISS.  
do. V. S. voce: bona. n. 2. Ex  
quibus patet, PAVLVM in L. I.  
D. de Uſu & Uſufr. de bonorum  
naturali appellatione loqui.

adnumeratas fuisse. Sed, sis, quid verba Pauli: *quia id neque ex bonis neque extra bona sit*, sibi volunt? Ictorum, qui post restauratam veram non simulataim iurisprudentiam floruerunt, princeps, IACOBVS CVIACIVS p) nodum forsan solvisse videatur, qui inter ea, quae *proprie*, & quae *impropri* in bonis esse dicuntur, distinguit. Hinc servitutes *proprie in bonis non sunt*, quia substantiam non habentes in vero dominio non habentur; cum tamen quasi dominii sint capaces, *certe non sunt etiam extra bona*. Igitur quasi in bonis sunt, & magis est, ut bonis adnumerentur. Lucem, quae ex Cuiacii divino ingenio Pauli verbis affulget, video, sed alia tamen sequor, num meliora, an deteriora? iudicare lectoris est. Videntur nempe verbis Pauli propria luce claris, alienae nihil opus esse; cum eius disputatio non sit de servitute, quae sine dubio in bonis est, sed de servitute servitutis, quam in rerum natura non esse, secundum veteris iuris regulas manifestum est. Verissime igitur servitutem servitutis neque ex bonis neque extra bona, adeoque nusquam esse, Paulus asserit. Vera esse, quae dixi, ipsa Icti verba ostendunt, ait enim: *nec usus, nec usus fructus, itineris, atlus, viae, aquaeductus legari potest, quia SERVITVS SERVITVTIS ESSE NON POTEST.* Nec erit utile (int-

p) in Not. ad. Inst. L. II. s. I. Opp. Hanov. 1602 P. I. col. 902  
ad verba; in nostro patrimonio

tellige: hoc legatum servitutis in servitute) ex senatus consulto, quo cavetur, ut omnium quae in bonis sunt, ususfructus legari possit, quia id (scilicet hoc legatum, haec servitus servitatis, talis res legata) neque ex bonis, neque extra bona (ad eoque auspiciam, plane non) sit. Ita certe, si quid video, omnia sunt plana, nihilque difficultatis facile spirant<sup>q)</sup>, ita porro constare puto, ne unicus quidem monstrari argumentum posse idonem, quo saltem vero fiat simile, vel philosophos stoicos, vel Ictos romanos, res quae tangi non possunt, quin vere sint, dubitasse. Errorem primum produxisse videtur neglectus divisionis summae rerum stoicis familiaris, qua corpora dicuntur ea, quae sunt, non corpora, quae non esse credebant, quo factum est, ut omnia de in corporalibus hisce, ad res quae tangi nequeunt, falso tracta fuerint. Quo in errore, iuris romani interpres cum essent quoque, quid mirum, si horum auctoritas fixit & creavit imitatores? si posteritas vocem praecuntem, quam habuit ratam, secuta est?

## §. XI.

<sup>q)</sup> Confirmatur haec sententia, si confirmatione vigeret, duabus aliis Pauli fragmentis, ex eodem ad Sabinum libro cum nostra lege desumptis, &c, ut videntur, etiam sine cohaerentibus, nimis rursum

Legibus 3. Et 5. ff. de Uso & usu fr. Eccl. ex quibus perspicitur, Pau- lum ibi legata inutilis, qualia sunt legata ususfructus cum mo- rietur legatarius, & servitutis in servitute tractasse.

JCTI ROMANI STOICORVM DE CORPORIBVS SOLIDIS  
EORVMQVE PARTIBVS DOCTRINAM AD SVAE ARTIS  
COMMODVM TRADVXERVNT.

Quia corporum in sensu medio speciem faciunt nobilissimam illa corpora, quae Stoici appellare solida consueverant <sup>r)</sup>, tantum abest, ut Jcti ea neglexerint, ut potius crebrioribus, quam alia corpora, sermonibus usurpaverint. Quod nulli mirum videri potest, qui cogitat, corpora solida esse ea, de quibus maxime iuris quaestio potest oriri, caeterorum vero usum in ipsis rerum argumentis aut nullum aut exiguum. Ego certe, parum abest, quin credam, veteres Jctos, Stoicorum quidem rerum corporalium definitionem retinuisse, sed in ea taetum, plerunque, nisi semper, solis manibus oculisque subiecisse, animadvertentes neinde, in reliquis rebus corporalibus, quae nimicum solis auribus, nairibusve subiacent, emolummentum aliquod solidum ad rationem vitae pertinens, aut finem in arte sua fere nullum. Non urgebo verba, quae hodie in CAII institutionibus hunc in modum leguntur: *corporales sunt quae manu tangi possunt*, cum vox *manu* ab Aniano proficiisci potuit, quippe in Justiniani Institutionibus <sup>s)</sup> & Digestis <sup>t)</sup> omissa, ut igit-

<sup>r)</sup> §. IV. p.-6. sgg.

<sup>s)</sup> §. I. Inst. dereb. corp. & incorp.

<sup>t)</sup> L. I. §. 1. D. de Divis. m.

igitur, utrius compilatoris, Anjani an Tribuniani, curae major fides habenda sit, merito dubites; sola enim ratio, quam reddidi modo, & Theophilus paraphrastes mihi sufficiunt, qui res quae tangi possint, explicat eas, quae sub tactum oculorumque recidunt. Quod proprius liceat intueri iurisprudentiam in corpore solido stoicam, POMPONII est beneficium, qui u.) plane soiūos: tria autem genera sunt corporum (solidorum) unum quod continetur uno spiritu, & graece συνημένον, id est, unitum vocatur; ut homo, tignum, lapis, & similia: alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se covaerentibus constat, quod συνημένον, id est, connexum vocatur; ut aedificium, navis, armarium: tertium. quod ex distantibus constat; ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subiecta, veluti populus, legio, grec. Quae omnia ita ex interioribus philosophiae stoicae recessibus deponita sunt, ut non a Iclo aliquo, sed ab ipso Zenone vel Seneca profecta videri possent. Pomponium autem hinc philosophorum sectae addictissimum fuisse, praeter hanc de corporibus philosophiam, eius cura, quam habuit verborum, comedendatio patriae, consulatus contemnus x), &

quae

x) in L. 30. pr. D. de U. & lectione pag 256. sq. y) vid L. V. 44. §. 1. L. 46 §. 8. D. de furt.

x) CONF. REINOLDI Orat. de Sexto Pomponio p. 22. & ex eo & SCRIVMBVRG de iurispr. vest. TLL. OTTO in Orat. de Stoic. vest. sq.

Johannes philos. in Slovogiana col.

quae existant eius fragmenta de rei furtivam scienter accipiente, sive y), extra omnem dubitationem ponunt. Ne autem quis solum Pomponium de corpore stoicorum solido eiusque divisione philosophiam imbibisse putet, paucis probabo, eandem toti Jētorum veterum reipublicae communem suisse. Non enim solum res, quae stoicis corpora vocantur solida, Jētis quoque corporum notinre veniunt, sed extant etiam praeter Pomponium multorum exempla prudentum, qui ipsi horum corporum divisioni stoicae inherentes difficillimaruin quæstionum decisiones eidem accommodarunt. Quid enim aliud nisi animum philosophiacæ stoicæ tenacissimum prodit PAVLI z) disputatio de corporibus: *at in his corporibus, quae ex distantib[us] corporibus (scil. partes corporum disiunctorum sunt ipsa corpora, eaque vel unita, vel connexa) essent, constat singulas partes retinere suam propriam speciem: ut singuli homines, singulat over.* Ideo posse me gregem vindicare, quamvis aries tuus sit immixtus: sed & te arietem vindicare posso. Quod idem in coherentibus corporibus eveniet. Nam si statuac meac brachium alienac statuac addideris, non posse dici brachium tuum esse, quia tota statua uno spiritu continetur. Addo Ulpiatum a) qui ex Pomponio ait, non solum singulas res vindicari, sed etiam gregem posse, ac idem de armento, & de equitatio,

z) in L. 23, D. de Rei Vind.

a) in L. I. §. 3. D. de Rei Vind.

rio, caeterisque, quae gregatim habentur, dicendum esse statuit, iuncta hac ratione: sed enim gregem sufficit ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint: grex enim, non singula corpora vindicabuntur. Eodem ore loquitur quoque AVSTINIANVS b) quando, grege legato, etiam eas oves, quae post testamentum factum gregi adiiciunter, legato cedere, ex IVLIANI auctoritate, ait, atque rationem huius decisionis a grege tanquam corpore soluto mutuat, verbis Stoam redolentibus: est autem gregis unum corpus ex distantibus capitibus, sicut aedium unum corpus (scilicet connexum) est, ex cohaerentibus lapidibus. Nec silentio praetereundum hic est nobile illud ALFENI ex libro sexto Digestorum c) fragmentum, in quo legionem, populum, & iudicia, ad stoicorum corpora συνημένα eorumque principia revocata deprehendi licet. Unde factum, ut omnis generis entia solida Icti veteres corporum nomine appellare nulli dubitaverint. Ut exempli loco quid ponamus, quis nescit, inanimas non modo res, quae uno continentur spiritu, verum etiam homines corporum nomine venire? Illuc arborum & ea corpora, quae in specie eadem manent, corpus pro cadavere acceptum, quod inferri

b) §. 18. Inst. de Legat.

c) in L. 76. D. de Judic. Ubi simul quam luculento exornavit commentario IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG in spec. philos. Juris consult. stoicæ ex L. 76. D. de Judic. hujus corporum divisionis, in usu capione & ret vindicatione usus insignis ostenditur.



terri, in patriam reportari, terra condit dicitur, pertinent. In posteriori autem sensu corpore apprehenditur possessio, possidetur, quaestus fit, in corpus suum quis saevire dicitur, in vulgus datur corpus, corporis praesentia non sufficit ad autoritatem, homines libera corpora, ac servi corpora vocantur. Ex corporibus compositis prodita in iure nostro sunt corpora instrumentorum, & rationum, corpus loci, Papinianni, Homeris, inris, atque alia, quorum partes sunt complices, quam plurima. Ad ea denique, quibus partes disiectae sunt, corpora artificum, fabrorum, mensorum frumenti, mercatorum, negotiatorum, totius patrimonii corpus, civitates ac reliquas universitates referri oportet. Quorum in corpore iuris omnia sunt plena, & loca paulo extantiora congetit BARNABAS BRISONIUS d) quae in hanc transcribi tabulam, nihil attinet.

### §. XII.

## INPRIMIS EAM QVAE DE PERPETVO CORPORVM SOLIDORVM FLVXV AGIT.

Quae in superioribus e) de perpetuo rerum fluxu & mutatione secundum doctrinam stoicorum commemoravimus, docent,

a) Adi PERILL. GEBÄVERVM in mi decretorii S. I. §. II.  
Diff. de iure corporis evangelici ua d) de Verb. Signif. voce corpus.  
lide insercedendi mutationibus an. e) §. VI. p. 12. sqq.

cent, philosophos eo non processisse, ut ereditissent, spiritus transitu continuo, omnia singulis momentis ita mutari, ut quaelibet mutatio speciem extinguat totam, ac plane novam efficiat. Potius partium tantum ordinem atque habitu fibi persuaserunt mutari, adeoque rem quidem in omnibus eandem non manere, totam tamen non fieri aliam, sed speciem ac nomen retinere suum. Ita manet idem fluminis nomen, aqua licet transmissa sit; ita porro Seneca, quamvis omne momentum mors prioris partium habitus sit, tamen Seneca esse non definit. Habet enim omnia in se, quae habuit, ast, aliter habet quam habuit; ordinem taliter mutantavit. Contra ea vero, si quando corpus in omnibus suis partibus, uno quasi ictu, ac momento eodem extinguitur atque ita in aliam omnino formam ac speciem redigitur, adeoque nomen mutat; tunc demuin, ex doctrina stoicorum, prior desit species, novaque orta est. Eadem Ictis romanis principia fuerunt, quibus multarum iuris questionum ad vitam civilem maxime pertinentium decisiores superstruxerunt. Ita ALFENVS <sup>f)</sup> cum proponeretur, ex his iudicibus, qui in eandem rem dati essent, nonnullos causa audit, excusat esse, inque eorum locum alios sumtos, & quaereretur, num sin-  
gulo-

<sup>f)</sup> in L. 76. D. de Jūdīs.



gulorum iudicium mutatio sensim facta, eadem rem, an  
 aliud iudicium facisset? respondit, non modo si unus, aut al-  
 ter, sed & si omnes iudices mutati essent, tamen & rem  
 eadem, & iudicium idem, quod antea fuisset, permanere.  
 Neque id in solo evenire iudicio ait, ut nempe partibus  
 conmutatis eadem res esse existaretur, sed & in multis cae-  
 teris rebus: nam & legionem eadem haberi, ex qua multi  
 decessissent, quorun in locum alii subiecti essent: & populum  
 eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centua annis fuis-  
 set, cum ex illis nemo nunc viveret. Eadem non solum in  
 corporibus disiunctis seu solutis, verum etiam in connexis  
 vera esse, contendit, remque navis exemplo illustrat, quam  
 licet adeo saepe refecta esset, ut nulla tabula eadem permane-  
 get, quae non uova fuisset, nihilominus eadem nave, exi-  
 stiuidam esse ait. Haec enim si quis negaret, fore putat AL-  
 PENVS, ut ex eius ratione nos ipsi non iudera essemus, qui  
 abhinc anno essemus. Et, ne huic negationi favere, suae-  
 que doctrinae obstat videretur doctrina philosophorum,  
 particulas nempe, ex quibus consistimus, minimas adeo, quotidie  
 ex nostro corpore decadere, aliasque extrinsecus in earum lo-  
 cum accedere, distinctione rem conficit, ut nimirum, cuius  
 rei species eadem consistit, res quoque in ipsa perpetua par-  
 triui suarum mutatione, eadem, ac non, nisi mutata specie,  
 ac nomine, nova existienda sit. Quam distinctionem ipsoe  
 quoque

quoque stoicos haud neglexisse, certum est. En ergo in Alfeni fragmento elegantissimamente in philosophiam de perpetuo corporum fluxu stoicam, commentarium, quo multa philosophorum veterum hae de re loca redduntur dilucidiora. Eadem sententia POMPONIO quoque sedet, qui g) corpus ex distantibus compositum, manere idem, quamvis adiectionibus vel ademissionibus partium mutatum, gregis exemplo docet: neque etiam dubitavit, quin eadem de corporibus connexis valeant, dum h), si naves in legavero, & specialiter *miam adscripsero*, eamque per partes totam refecero, cassina eademi inanente, nihil omnium hanc iniutatam navem a legatario recte vindicari contendit. Similis decisio superest ex libro primo CAILI de legatis ad Edictum praetoris i) ubi legitum domus utile dicitur manere, licet *particulatim* domus ita refecta sit, ut *nihil* ex pristine materia supersit. At, si ea domes simul teta destracta, aliam eodem loco testator aedicaverit, ex ea sit suffragio legatum interiit. Rectissime, si stoicorum principia, & ea, quae ALFENVS ad philosophandum studio excitatus dixit, spectemus, cum destructione speciem mutaverit suam domus. Hac regula ex fluxu corporum lo-

Rdoruna

g) in L. 30. §. 2. D. cit. v. & gest. r.  
v.

i) in L. 24. §. 4. D. de Le.

j) in L. 69. §. 2. D. cit. sis.



lidorum perpetuo & inde pendente vel mutatione, vel transformatione seu extincione hausta, ususfructus quoque interitum veteres metiebantur. Sane secundum eam adcuratissime sunt verae de interitu ususfructus conclusiones VLPANI <sup>k)</sup>, cuius sententia, non tantum, si aedes ad aream redactae sint, ususfructus extinguitur, verum etiam, si demolitis aedibus testator novas restituerit: plane vero si per partes reficiat, licet omnis dominus nova facta sit, aliud dicendum est. Ita porro eodem Icto teste extinguitur ususfructus *agri* vel *loci*, si fuerit inundatus, ut stagnum iam sit, aut palus: *stagni*, si exaruerit sic, ut ager sit factus: *silvate*, si hac caesa, illic sationes deinde factae: *massa*e, ex qua post vasa facta, vel contra: *ornamenti*, postea dissoluti aut transfigurati: *quadrigae* equorum, si unus ex equis decesserit, quoniam quadriga esse desit. Contra ea non perit ususfructus *equorum*, ex quibus unus moritur, sed remanet in reliquis: *arvi*, si dein vineae sint positae, vel contra. Plane eximia sunt, quae PAVLVS <sup>l)</sup> contra Celsum aliosque de interitu rei promiscae, ac inde profecta liberatione, olim disputaverat, ac regulae Alfeni de corporum interitu ac mutatione adcommodatissima. Nempe, cum quis rem profanam, aut Stichum, hominem alienum, dari

promi-

<sup>k)</sup> in L. 10. D. Quib. mod. Obl. & L. 98. §. 8. D. de solns &  
usufr. vol us. amite. Liberat.

<sup>l)</sup> in L. 83. §. 5. D. de Verb.

promiserit, liberabitur, si res facta esse coepit, aut sine  
 pacto ejus Stichus ad libertatem pervenerit. Nec, ut Celsus pu-  
 tavit, revocabuntur in obligationem, si rursus lego aliquia, &  
 res facta profana esse coepit, & Stichus ex libero servis  
 effectus sit; in perpetuum enim per has mutationes sublati  
 obligatio rectius nequit, ac res alia, & servus alius esse vide-  
 tur. Nec placuit PAVLO exemplum, quo tanquam argumento  
 contrario usus fuerat Celsus, prout, *si navem, quam tu pro-  
 misisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compegerit,  
 reteri etiam nam inter hoc & speciem a se allatae dissimilitud-  
 nem hanc esse satis certe statuit;* quod hic eadem sit navis,  
 quam te daturum spopondisti, ut videatur magis obligatio  
 cessare quam extingui esse. Quare tunc denun Celsi exem-  
 plum homini maxumissimo, & rei profanae in sacram mutatae  
 simile fore creditur, si ea mente solutam esse navem posueris,  
 ut in alios plane usus converterentur tabulae, deinde, mutato  
 consilio, easdem in formam navis iterum compositas, quo-  
 niam hac denum posita circumstantia, alia videri possit poste-  
 rior navis, sicut ille alius homo, & illa, alia res. Iisdem  
 punitur principis sequens decisio: *areau proquisi alienam, ip-  
 ea dominus insulam aedificavit, an area, hinc stipulatio ex-  
 tracta sit?* olim quæsum est: *negavit PAVLVS, & rectissime*  
 quidcup



quidem. Non enim desit in rerum natura esse, potius pars insulæ area est, eaque maxima, cui etiam Superficies cedit. Quare & petit potest area, & aestimatio ejus solvi debet. Constat ex his, ni fallor, Jcti veteres in decidendis de corporibus connexis atque disiunctis, questionibus variis, stoicorum principiis, etiam iis, quae de perpetua mutabilitate, cui corpora subiacent, quantum tribuerint; nequo mihi dubium est, quin iidem ex ipsorum etiam *unitorum corporum* fluxu physico interdum decidendi rationem petierint. Quid enim aliud nisi porticum sapit ista celsti jurisprudentia m); si libertus operas patrono exhibuerit, non officiales, sed fabriles, veriati pictorias, quas putat se debere, eam esse causam operarum ut non sint eadem, neque eiusdem hominis, neque eidem exhibeantur: quod plerunque robur hominius, actas temporis, opportunitasque naturalis, mutet causam operarum.



Constitueram longius progredi, atque Jctorum de corpore tanquam toto aliquo n) philosophiam describere, descriptæ deinceps

m) in L. 26. §. 12. D. de Conf. ditt. indeb. Conf. SCHAVMVRG. l. o. p. 263.

n) Quæsa corporis significatio nem determinet, & exemplis illustrat. PARILL. GEBAYER l. o. §. I.

deinceps doctrinam de partis evictione subiicere; sed & ampli-  
 tudo ine campi, & scriptio*nis* ipsius genus monet, ut, quae  
 exofus sum, alio tempore pertexam, nuno vero ad ipsum,  
 quod scribendi occasionem mihi suppeditavit, officium oratio-  
 nem convertam. Scilicet quando AVGUSTISSIMI REGIS cle-  
 mentia, quam pietate veneror demississima, factum est, ut  
 professoris iuriuni ordinarii provincia exornarer, ex lege re-  
 gia novi munieris auspicia oratione solemni capiam, proxime  
 Saturni die, qui XIV mensis Febr. est, inde ab hora XI de studiis  
 romani cbronologici diligentius excolendi necessitate verba fa-  
 churus. Quae solennia indicentis animum subit recordatio info-  
 litiae illius & tantum non iavidendae felicitatis, qua ex aliquo  
 iam tempore academica fruuntur nostra, dum praesentes contue-  
 tur SERENISSIMOS HASSIAE PRINCIPES. Hos si exorare vellem,  
 ut gratiosissima exoptatissima quo praeſentia ſta celebrarent  
 consecrarentque inuineris mei auspicia, vereor, ne IPSORVM  
 clementia abuti viderer: orandi tamen necessitatem quandam  
 veneratio excelsae virtutis, quae in IPSIS eſtulget, mihi impo-  
 bit, veniam ipfa virtus indulget. Ut vero MAGNIFICVS ACA-  
 DEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMI COMITES ACADEMIAE PRO-  
 CERES AC PROFESSORES OMNIUM ORDINVM CELEBERRIMI & IL-

LVSTRES

F 2



LUSTRES GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE COMMILITON  
 scientia sua haec solennia cohonestare ne dedi  
 omni, qua par est, pietate ac observantia, rogo at  
 tendo.

p. 6. sit manu, l. *sit manus*, p. 7. superficie, l. *superficie*  
 p. 9. conficit, l. *conficit*, p. 14. in in, l. *in*, p.  
 duabus aliis, l. *duabus aliis* p. 30. natususve, l. *natususve*.  
*barva*.







LUSTRES GENEROSISSIMI NOBILISSIMI QVE COMMILTONES pree-  
sentia sua haec solennia cohonestare ne dedignentur,  
omni, qua par est, pietate ac obſervantia, rogo atque con-  
tendo.

p. 6 sit manu, l. *sit manu*, p. 7. superficie, l. *superficie*,  
p. 9. conficit, l. *conficit*, p. 14. in in, l. *in*, p. 29.  
duabus aliis, l. *duabus aliis* p. 30. uiribusve, l. *uiri-  
busve*.

